

# CAELII APITII

S V M M I A D V L A T R I C I S M E D I  
cinæ artificis DE RE CVLINARIA Libri x. re-  
cens è tenebris eruti, & à mendis vindicati,

I H E T C O N G R A T A N  
S V F T K Y J O V D E S D A H O D Z  
C I L A M I T O T H A H G  
typis q̄ summa diligentia  
excusi.

P R A E T E R E A,

PER PLATINAE CREMO  
NENSIS VIRI VNDECVNQVE DO-  
ctissimi, De tuenda ualetudine, Natura rerum, & Popinæ  
scientia Libri x. ad imitationem C. API-  
TII ad unguem facti.

A D H A E C,

PAVLIAE GINETAE DE  
FACVLTATIBVS ALIMENTORVM TRA-  
CTATVS, ALBANO TORINO  
INTERPRETE.

Cum INDICE copiosissimo.

B A S I L E A E  
M. D. XLI.

SPLENDIDISSIMO AMPLISSI  
MO QVE HEROI A C D. D. GEORGIO WIR  
tenbergæ pariter & Montbelgardi Comiti cōprimis illustri &c. Domino  
suo gratiosissimo ALBANVS TORINVS s. |



V V M bis senis ab hinc annis mul  
ta Monspessuli, præsertim quæ ad  
rem Medicam attinent, curiosè age  
rem, & accuratissimè obseruarem,  
Comes splendidissimè, in insula ur  
bi propinqua nomine Megalona,  
quam cum Reuerēdissimo in Chri  
sto patre ac domino Gulielmo Pe  
lisserio Megalonensi Episcopo o  
mniū doctissimo, appulerā, reperi  
abiectissimo in loco codicē semilacerū, cuius Titulus squalore  
obsitus, uix characterum uestigijs repræsentabat, C A E L I I  
A P I T I I D E R E C V L I N A R I A L I B R I X.  
Deus bone, quantum subsultabat animus præ gaudio, quan  
tum triumphabam, ratus me nō quod pueri in faba clamitāt,  
sed palmarium reperisse, puta Romanum illum A P I T I V M  
οὐφάγοι, maximum omnium nepotum gurgitem, cuius cele  
berrimi scriptores mentionem faciunt, eoq; non uerbum uer  
bo solūm, sed characterum quoq; uocum singularū monstro  
sè deformatarum liniamenta sollicitius, ita ut ne apex quidem  
desyderaretur, depingenda curauimus. Olfaciebam statim au  
torem esse uetustissimū, & obsopœum, qui de re popinali, lin  
gua coquinaria egregiè præter cæteros scripsisset, & qui obso  
nia delicatius quam pro ea ætate, qua glandibus uescerent ho  
mines, confecisset. Nostri uero popinones & cupediarij ple  
rasq; id genus delicias nihil moratur, sed satis de queru, ut di  
citur,

æ z citur,

## E P I S T O L A

citur, habentes ligurire, & unctioribus popinis indulgere cō-  
 sueuerunt. Sunt enim hodie plures quam unquam Apitij cō-  
 sectatores, eodemq̄ multò strenuiores in patinis bellatores,  
 audacissimè præliantes. Gaudēt enim pleriq̄ cœnis triumpha-  
 libus, Pōtificalibus, saliaribus, & Polinecturis. Ego plures Api-  
 tios fuisse coniūcio. Vtrum autem hic noster fuerit ille inter gu-  
 læ proceres insignis, cuius pollucibiles cœnas supercilie Sto-  
 co conuelliit Seneca, qui epularum delicatissimarum perditor,  
 Tiberij Cæsar is tempestate suas opes perquam immensas in  
 uētrem rapacissimum immersit: An is cuius Athenæus memi-  
 nit, doctioribus coniectandum relinquo. Cæterum ex libro se-  
 cundo de Consolatione ad Albinam, Apitij historiam subli-  
 gnabo. Apitius, inquit, nostra memoria uixit, qui in ea urbe,  
 ex qua aliquādo Philosophi uelut corruptores iuuētutis abi-  
 re iussi sunt, scientiam popinę professus, disciplina sua seculū  
 infecit. Cuius exitum nosse operæprecium est. Quum sester-  
 tium milies in culinam congesisset, quum tot congiaria princi-  
 pum, & ingens Capitolij uectigal singulis commensationibus  
 haussisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc primū coa-  
 ctus inspexit, superfuturum sibi sestertium centies computa-  
 uit, & uelut in ultima famæ uiicturus, & sestertio centies, si ui-  
 xisset, ueneno uitam finiuit. An is deniq̄ cuius mentionem fa-  
 cit Suidas, his uerbis: ὅτι οὐαὶ μάκραν ὄντες τὸ θαλάτης, ἀπίκετο ὁ ὄφοφάγος μιμησάμε-  
 νθός τὸ ἵχθυδιον, πρέθηκεν αὐτῷ φύες. οὐδὲ λαττασκόδητος αὐτῷ. Θύλαρ-  
 λαβόμενος γογγυλίστα ταῦτα ἐπειδὴ εἰς μακρὰ κύλεπται, τῇ ὄφῳ φύεται  
 μιμήσματος, αὐτοῖς εἴλασον, αὐτοῖς ἀλατοῖς, μίκωνας αὐτοῖς εἴλυσε τῇ  
 αὐθυμίᾳ. Archimagirū aliás ue cupediarū nobilē admodū arti-  
 ficem multis cōiecturis intelligi dat, qui popinæ scientiā pro-  
 fessus, culinario quodā idiomate hæc bis quīna uolumina (si  
 modo Latinè scripsisse credas) exarasse uidet. Vnde fortassis  
 apud λεγοφίλος magis, ὃς ψιλούσας æstimationē se dignā, hoc  
 seculo

## DEDICATORIA.

seculo, amittet. Propagatū ab hoc Apitio in opfodēdalos cognomētū est, ut Apitianī diceret, quadā philosophorū imagine, popinali disciplina prēstantissimi. Ipse simul atq; penitus inspexi, & properāter caput unsū atq; alterū trāsuolitaui, protinus apud me müssitaui: Si uetusior hic autor, licet parum elegans, integer, & à mēdis purus extaret, haud ambigerē, quin mortalibus cūctis, sed præcipue Medicinæ candidatis, quū ad tutelā sanitatis, tum ad morborū curationē esset idoneus & cō primis necessarius, quo ad *Διατηλετή*, quę potissima eius artis est portio, eoq; Plato Culinariā hāc disciplinā, adulatricē Medicinæ appellat: quoniā non solū qui gulæ seruiunt, sed sanitatem tuentur, cōgruit. Tulumus hunc nobiscū, ob uenerandam uetusstatē, pro Opsopoeo, in Germaniā, tam prodigiose corrūptū ut omnia instaurare sine emendatiore codice, nō foret humani ingenij. Quapropter & premendū planè cēsebā, donec melioris alicuius exēplaris fieret copia, quod acceperā esse annis ab hinc plus minus quinquaginta Venetijs expressum. Mōeo itaq; omnē lapidē frustra triplicem trieteridē, quo tandem tempore Io. Honterus Coronensis, uir amoenissimo ingenio & singulari doctrina, ex Trāssyluania illud Venetianū misit. Quod ubi accepissem lōgē deprauatus q; Megalonēse, abieci omnē ædendi spem. Ausim enim iurare, eos, qui utraq; illa exemplaria exarauerāt, ne uerbulū quidē intellexisse, ita omnia simpliciter erāt fœdissimē deprauata, uocib. cūctis uitiatē scriptis, nec Græcis, nec Latinis aurib. cognitis, sine diafōlis & punctis, uel īsdē omnino preposteris, quę sententias cōmutare, amphibologias ciere, labyrinthis quenq; uel ingeniosissimū inuoluere in cōfesso est. Quibus mōstris deterriti abiecimus utrūq; codicē ceu deploratū. Interim studiosi quidā præsertim artis medicæ mecum expostulāt, quur tā uetusstū autorem ipsis qualēcunq; cōmunicare tandiu differā, efflagitantes intērea ne abderē diutius, sed in publicū pro meo candore emittā.

## E P I S T O L A

Proinde nūc ædidiimus tandem, ne situ prorsus emacesseret, ple  
tisq; mendis, nostra opera satis tumultuaria, nullo saepe suffra  
gante exemplari, sublatis, adeò ut citra offendam sineq; tedium à  
studiosis omnibus & legi, & maxima ex parte intelligi possit.  
Aedidiimus, inquā, ut & alijs demus, illi succurrēdi occasionē,  
priscos in hoc æmulati, qui priusquā ars Medica in methodū  
esset redacta, morbis oppressos in triujs & cōpitis statuebat,  
ut à prætereūtib. salubres morborū medelas perdiscerēt. Quū  
aut̄ mecum diu cogitarem cui nā potissimū C. Apitiū autore exi-  
miū ac ueterē, cū eius ueluti interprete Platina, cuius itidem li-  
bros decē ad imitationē Apitiū elegatissimē factos, de popinæ  
scientia, & P. Aeginetæ de alimentis tractatū, qui nō male his  
Musis adhærere videbant, adiecimus, cōuenienter dicarē. Plu-  
rib. quidē nominib. maximē uero duob. mihi uisum est conue-  
nire, Comes micatissime, ut iij minimē cōtemnēdi autores par-  
tim ab iniuria obliuionis, situ & squalore, partim ab innume-  
ris errorib. uindicati, partim etiā Latio iure à nobis donati, no-  
minis tui priuatim auspicio in manus hominū cōptiores ac se-  
curiores exirēt. Primū, quod unus omniū apud nos principū  
rei literarię, presertim Mediceę, cādidissimē faueas, doctos sum  
mo fauore prosequaris, uirtutes colas, prorsusq; ut uerbo per-  
stringā, erga literatos oēs Mecœnatē quendā Germanicū age-  
re soleas. Deinde, ut hac ratione studiū, uolūtate, & amorē et  
ga te meū ostēderē. Si quidē ut ameris ab omnib. faciūt eximię  
uirtutes in te sitaę, & uel cæco perspectaę: cōprimis aut̄ mansue-  
tudo, comitas, & humanissima, qua plerosq; Germanię princi-  
pes lōgē precellis, humanitas, quā quisq; primo statim cōgres-  
su animaduertit, & colloquio magis experit. Ut em̄ nulla res  
est quae omniū mentes benevolentiaq; citius cōciliet, quā hu-  
manitas: ita detestandā immanitatē inuidia & odiū comitāt,  
principēq; Cyclopi Homericō portetoq; mōstroso assimilem  
reddit, utcūq; auro, gēmis, et serico cōptus incedat. Sed nolo in

præ-